



[Title engraved]

63 pp.
coll. D.







D.O.M.A

ANGELI SALÆ

VICENTINI VENETI, Chymiatri celeberrimi,

Descriptio brevis

ANTIDOTI PRETIOSI:

Quâ exquisitissimæ ejus virtutes, ususque multiplex variis in morbis, & humani corporis affectibus, recensentur, nunc primùm luci commissa.

(:)

MARPURGI, typis Pauli Egenolphi.

Anno MDCXX.





ILLUSTRISSIMO PRINCIPI, ac Domino,

Dn. CHRISTOPHORO,

Duci de Zbaras, Magno Hipparcho Regni Poloniæ, Capitaneo de Golecz & Wiſlicza, Principi ac Domino ſuo clementiſſimo.



UONIAM, Illuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſime, omnium Sapientum teſtimonio, ac quotidiana evidenter demonſtrante experientia, virtus hominem humili & vili loco natum extollit, nobilitatq́;, ejus inſitam

immutando naturam, inſtar ſurculi arboris frugiferæ, ſylveſtri implantati arbori, qui natura ſuâ alterâ; illam reddit multò, quàm anteà erat, digniorem, ac excellentiorem: proinde omni vacat dubio, ſi eadem regnet in excelſo & nobili genere ſatorũ animis, quin illos verè illuſtres, & nomina illorum lucidarum ſtellarum inſtar fulgentia, ac gloriâ ſcintillãtia efficiat præ cęteris mundi gentibus. Hęc ita eſſe, ut infinita alia hîc introducenda præteream, occurrit exemplum. Illuſtriſſimæ tuæ perſonæ, quæ non

con-

contenta solùm nativo suo splendore & nobilitate, illustrissimo paterno acquisita sanguine; sed illam etiam propriis desiderans confirmare, augere, & exaltare virtutibus, haud neglexit juvenilem ætatem nobilioribus impendere literis, corpus armis, militaribusq; assuefacere exercitiis, atq; multas variarum mundi peregrinationum incommoditates suscipere, ut regionū terrestrium differentias percognosceret; mores, ritus, & politias diversarum indagaret nationum; diversas addisceret linguas;

ac deniq; omni virtutum heroicarum, verè ad ſui ſimiles pertinentium, ornatu ſe ditaret, uſq; quò omnibus exantlatis laboribus, ad ſplendidiſſimum iſtum provenit ſtatum, in quo ob inſignia merita innumeri Principes & Magnates Europę, Illuſtr. C. T. venerantur, reſpiciuntque, ac cæteræ gentes virtutum ſtudioſæ, ſcientiarumq; amantes, quæ tui notitia dignæ fuerunt, officioſiſſimè laudes tuarum virtutum deprædicant. Quin & mihi ea obtigit opportunitas (præterito autumno, quo Illuſtr. C.
T.

T. hanc transiens civitatem, me vocari jussit) ut dignus habitus fuerim audire doctissimos ac heroicos tuos discursus, ex quibus multifariã solidæ tuæ sapientiæ profunditatem percepi. Nam ut saltem mentionem faciam discursus de medicina, quę meę est professionis, mecum habiti, Illustr. C. T. de ea non minus profundè ac eruditè disserebat, quàm qui totam in eo studio consumpserant vitam. Accedit & illud, quòd Illustr. C. T. in Poloniam reversa, mihi felicẽ (laus Deo) itineris peracti eventum re-

ſcribere non dedignata ſit, cum ſingulari gratiæ & favoris oblatione, demonſtrãs reipſa magnitudinem liberalitatis ſuę, pro ſervitiolo quodam ſibi à me præſtito. Nec alia mihi deſunt, ob quæ me obligatum meritò ſentio, ut Illuſt. C. T. reverear ac ſuſpiciam, totisq́ue connitar viribus laudes, ſplendoremq́ue nominis famæ tuæ decantare. Quam ob cauſam, Illuſtriſſime Princeps, Domine clementiſſime, in lucem editurus hoc præſens compendiolum, concernens uſum Antidoti mei pretioſi, decrevi

vi Illuſtr. C. T. illud dedicare ac conſecrare, tum in ſubmiſſæ meæ affectionis & obſervantiæ ſignum; tum ut illud tuæ protectioni & tutelæ committerem (utpote cujus ampliſſimæ dignitati adjuncta ſit non vulgaris hujus rei, quam hîc tracto, intelligentia) ut hoc ipſum à Momi calumniis (ſi quorum fortè ad aures iſta pervolitent) majori, quàm alii, cum authoritate vindicare queat. Cujus defenſionem tutelamq; Illuſtr. C. T. ut ſereno & clementi vultu ſuſcipere dignetur, ea, qua decet reverētia, & debita

animi ſubjectione peto, Deum omnis boni authorem obnixè apprecatus, ut Illuſtr. C. T. ſuis quàm diutiſſimè ſalvam, incolumem & ſuperſtitem clementer cuſtodiat conſervetq́;. Scriptũ Oldenburgi, 1. Martii, Anno 1620.

Illuſtriß. Celſitudinis Tuæ

Humilimus & obſequentiſſ.

ANGELUS SALA.

OB





OB

ANTIDOTUM
CHYMICUM,

à

Clarissimo & experientissimo Chymiatro,

Dn. ANGELO SALA VICENTINO VENETO editum:

Illi, ut amico suo desideratissimo, ex animo occinit & applaudit

JOHAN. HARTMANNUS, D. Medicus, & in Academia MARPURGENSI Chymiatriæ Professor P.



N dubio est; priscos utrum sapientia major
Commendet, quàm quos sæcula nostra ferunt!
Sit licet: hanc unus litem dirimendo resolvit
Sala, *Machaoniæ fida columna domus.*
Nempe sub Antidoto species *quia Chymica fulget,*
Quis fuit? & talem quis dedit Antidoton?
Angele *Palma tua est: sic te manus invida nunquam*
Prosternet: causa est, Angele *Palma tua est.*
Vive diu victor: victoria quanta superstet,
Mens animusq; probus, doctaq; scripta probant.
Hoc ego, quæ falli æternùm vel fallere nescit,
Depono in veræ pignus amicitiæ.

Cassellis, VIII, Iduum Maji,
Anno MDCXX.

§(*)§



IN ANTIDOTUM PRETIOSUM

Clarissimi & experientissimi viri,

Dn. ANGELI SALÆ,


Chymiatri celebratissimi,

HEXASTICHON.



Ecce tibi Antidotum, quo non pretiosius ullum,
In dictis morbis, si ratione datur.
Nam si fata vetent, malus aut medicaminis usus,
Fert tibi solari hoc Sala salutis opem.
Non opus est verbis, probat experientia verum,
Utere, non fallet, si medicina valet.

Gabriel Mattenclodius, Med. ordin. Oldenburg.



PRÆ-



PRÆFATIO AD LEctorem.

BENEVOLE *Lector, etiam magni nominis Medicis solenne olim fuit, medicamenti alicujus particularis virtutes, quas quisq; accurata observatione annotaverat, peculiari quodam tractatu literis consignare. De virtute & usu Hellebori, ad Democritum scripsit divinus ille Hippocrates: De aceto scyllitico, antiquissimus Philosophorum Pythagoras: De Betonica, Antonius Musa, Augusti Imperatoris Medicus celeberrimus: ipsius quinetiam Medicorum Dogmaticorum Principis Galeni libri duo, unus de Theriaca Andromachi ad Pisonem, de Centaurio ad civitatem Ticinum alter, extant. Et hodie non desunt recentiores, tam Dogmatici, quàm Hermetici, qui simili negotio suam nobis industriam probarunt. Quod si illis hoc vitio non fuit datum, neq; mihi, qui eorum ad exemplum, usum & vires Antidoti nostri pretiosi describo,*

bo, quòd propter insignes ejus virtutes, efficacissimas operationes, & tutissimos effectus, adversus quàmplurimos gravissimos humani corporis morbos, ac symptomata, meritò instar preciosissimæ gemmæ, præ omnibus aliis sui generis & ordinis medicamentis, habendum. Et quidem, ut hoc modo efficerem, ut ejus utilitas magis ad plurimorum hominum emolumentum & beneficium redundaret, quàm si illud occultum retinendo, in mea tantùm particulari quotidiana usurparem praxi. Quòd verò hîc modum ejus præparandi non doceo, neminem bonæ mentis & recti judicii credo sinistrè accepturum: quippe cùm optimè noverit, hoc factùm non esse contra charitatem Christianam, aut decorum huius artis, si Chymiater (qui majorem vitæ suæ partem, in exactè indagandis permultorum remediorum virtutibus, ac illis curiosè propriis manibus præparandis consumpsit, uti ego feci) si, inquam, ille arcanum aliquod sibi retentum reservet. Cùm aliâs satis notum sit, me in his, quæ generaliter meam hac in arte cognitionem, scientiamq́ concernunt, non esse tenacem & avarum;

ſed hujus amatoribus liberaliter & ſincerè ea communicare: cujus rei multi eruditione, & doctrinâ clariſſimi Medici (etiámnum in diverſis Europæ regionibus Medicam exercentes praxin) mihi teſtimonium exhibebunt, qui ad diſcenda Chymiatricæ artis fundamenta, & generaliter inde dependentia, me pro præceptore eligere & acceptare non dedignati fuêre. Quod eò magis benevolum commovebit Lectorem, ut æquius de hoc tractatulo ferat judicium.



DE COMPOSITIONE HUJUS PRETIOSI ANTIDOTI IN GENERE.



COGNITUM & perſpectum eſt omnibus ſapientibus Phyſicis, & Medicis rationalibus in mundo, quàm excellentes, temperatæque proprietates cordiales ſint, quas Deo placuit admirabili ſuâ prudentia lapidibus pretioſis infundere ac imprimere: quo-

quomodo item (nõ obſtante eorum fixitate per ſe indigeſtibili) Archeus corporis noſtri prædictas proprietates eorum vi quadam magnetica & occulta ſibi applicet in uſum & auxilium noſtrum adverſus multas infirmitates, ultra rationis & intellectus noſtri acumen & diſcurſum.

Similiter certum eſt experientibus Chymiatris, quantumvis ex dictis pretioſis corporibus non poteſt elici aliquis ſuccus, aut ſubſtantia potabilis, ſubſiſtens in eſſe ſimpliciter, quemadmodum in multis aliis rebus, quòd nihilominus tamen mediante additione ſua diſſolvi queant, ſubtiliari & recludi tali modo, ut occultæ & abditæ eorum qualitates, quæ in fixitate ipſorum latent, ſeſe aperiant, & de potentia ad actum perveniant, eoq; conſequenter multò cum majore efficacia & vi in corpora noſtra operentur, quàm faciãt in prima ac ſimplici ſua forma.

Inſiſtens igitur fundamenta veræ Chymiatriæ, ſumo præcipuas orienta-

es gemmas & lapillos pretiosos, aliis in
nedicina prælatos omnibus, quos re-
luco in pulverem subtilissimum vola-
ilem, & in indivisibiles atomos, me-
liante arte Chymica, ut ad solvendum
iant apti: tum liquorem solventem ac-
ipio non corrosivum, neq; offenden-
em, sed amicum humanæ naturæ, ve-
è medicinalem, bezoardicum, & con-
ordantẽ cum proprietatibus eorum,
n quo resolvo pulverem prædictum,
umque promoveo in magisteria verè
otabilia & solubilia in omni liquore.
umo deinde certas essentias vegeta-
iles Alexiterii vim obtinentes, & cor-
iales, cum quibus jam dicta magiste-
ia commisceo, & excellentissimū me-
icamentum inde compono in forma
xtracti solidi, quod Antidotum pre-
iosum nomino, tam quia præcipuè ex
ictis magisteriis pretiosis cognomi-
o, quam quia præcipuè ex dictis ma-
isteriis pretiosis constat, ac propter
xquisitissimos ejus effectus, qui & ra-
um, & supra multa alia medicamenta

B id

id reddunt in eodem genere pretioſ ſimum.

DE QUALITATIBUS MANIF ſtis, & ſpecificis proprietatibus, Antidoti pretioſi.

OPIFEX ille rerum Opt. Max mus in principio, vi verbi ſ FIAT, Univerſum hoc mir biliter condidit, ac efficaciam omnip tentiæ ſuæ variis elementis modo n uno eſt impertitus. Atq; ut ex unâ ſo causâ multas diverſiſſimasq; procre vit: ita etiam eaſdem perpetuo ac in moto inter ſe fœdere & ordine co junxit, ut in univerſo naturæ ambit firmiſſima & conſtans deprehendat harmonia, eaque partim amico reru ex quibus conſtat, conſenſu, parti mutuo earundem diſſidio contineri ſuſtineri videatur. Placuit namque ſu premo illi numini, non per unam al quam ſolam rem, ſed multas, ſed co trarias, ſuam nobis omnipotentiam

ſten

tendere. Quod cùm ita ſit, ut revera
ſt, quis non vanitatem eorum agno-
ſcat, qui vel ipſi perſuaſiſſimum ha-
bent, vel aliis perſuadere conantur, eſſe
n rerū natura, vel artis beneficio, con-
ici poſſe medicamentum, quod inſtar
niverſalis cujuſdam univerſaliſſimi,
ullis vel limitibus, vel terminis cir-
umſcriptum, non tantùm qualitates
lementares, ęquali proportione com-
nenſuratas in ſe cōtineat, ſed & omni-
us inſuper proprietatibus ſpecificis,
uæ vel ex variâ illarum commixtione,
el à certa aliquâ naturali prædeſtina-
ione oriuntur, abundantiſſimè dota-
um ſit? Quod ſupreſſo calore ſuo jam
efrigerare poſſit, jam humectare, ſic ut
xſiccādi poteſtate nihil damni faciat:
m adſtringat, jam incraſſet, & contra-
ias interim facultates planè occultet.
Quod idem interdum per vomitum,
nterdum per ſeceſſum purget: ſudores
ieat: urinā provocet: venenis, tanquā
lexiterium, reſiſtat: ſomnum conci-
et: deniq;, ut in unum omnia confe-

ram, omnes alios affectus, quos causarum morbificarũ, tam particularium quàm universalium diversitas requiri omni tempore & loco, in omni sexu, ætate, complexione, & personarum constitutione præstet, omnibus adeò infirmitatibus medeatur, ac nullâ unquam ratione corpus offendat? Sunt qui ho sibi imaginentur, & in inani hac speculatione admodum sibi placeant, non pauci. Verùm illis

——————*credat Iudæus Apella,*

Non ego. Certissimæ namq; & indubitatæ est veritatis, quòd virtutes, quorumcunque etiam medicamentorum tam simpliciũ, quàm compositorum vel quomodolibet præparatorũ, cùm in qualitatibus evidentibus ac manifestis, tum iis, quæ à totâ sunt, ut loquuntur, substantiâ, aut formâ specificâ procedunt, limitatæ sint ac definitæ, sic ut eorum quædam hoc, alia alio modo operentur. Fateri quidem oportet, quò unum aliquod medicamentum, secundum qualitatum suarum permi

tionem naturalem , diverſas ſæpè fa-
ultates habeat, calefaciat prima fron-
e, & pòſt refrigeret, aperiat itidem, &
dſtringat, & vice verſa. Quemadmo-
um non Galenus tantùm iis in libris,
uos de ſimpl. medicamentorum fa-
ultatibus conſcripſit, nõ uno loco at-
eſtatur, ſed & experientia ipſa abundè
omprobat. Neq; etiam hoc negari po-
eſt, in claſſe medicamentorum reperi-
, quæ aliis præſtantiora ſint ac poten-
iora, artemq́; poſſe in longè majorem
perfectionem deducere; ac unum
epè medicamentum eſſe generalius,
el pluribus morbis accommodatius
tero, idq́ue ratione partium humani
orporis, quibus appropriatum quod-
ue ſit. Certum namq; eſt, & in Terna-
o noſtro Bezoartico à nobis demon-
ratum, quòd medicamentum ſpecifi-
um cordiale, reſpectu ſymboliſmi, qui
ſi cũ corde intercedit, rectiùs, quàm
ia medicamenta, quæ partibus aliis
eſtinata ſunt, generale dici mereatur.
At quicquid vel illud, vel hoc demũ ſit,
B 3 non

non ſatis inde cauſæ eſt, quare res ali qua univerſalis medicina abſolutè appellari debeat, &, ſi qui ita vocent, veritati, ſicuti ſuprà quoque diximus, inſignem eo ipſo injuriā faciunt. Valeant hi cum ſplendidis hiſce titulis, quos ſine modo, præterq; rationem medicamentis ſuis deferunt. Nos illorum ab errore alieni, Antidoti noſtri pretioſ virtutes, uſumque, unà cum debitis exceptionibus & reſpectu, modo quem in tali re Medicus bonæ conſcientiæ rationalis & expertus uſurpare debet in præſentiarum declarabimus.

Cùm medicamentum hoc compoſitum ſit ex multis ingredientibus inæqualibus, & temperamento ac qualitatibus differentibus, uti etiam ex prima ſimplici eorum conſiſtentia, immutatis in aliam formam ſubtilem, ac penetrabilem; irriti ſanè eſſet laboris, velle particulatim, diſtinctè, & per gradus ejus inquirere qualitates, ad judicandum de ejus virtutibus, uti in multis ſimplicibus fieri conſuevit. Generaliter igitur

oquendo, fulti ratione & experientia,
uæ ſola præcipuè nobis debet detege-
e virtutes medicamentorum compo-
itorum, ſicuti Galenus id common- *Galen. de*
trat, ſcribens de differentibus virtuti- *Theriaca ad*
ous Theriacæ, poſſumus obſervare, *Piſonem,*
quantum qualitates hujus medicamē- *cap. 15.*
i manifeſtas concernit, illud eſſe præ-
litum qualitate mediocriter calefaciē-
e & exſiccante, cum facultate primò
letergēte & aperiente, & poſtmodum
dſtringente, adjuncta quadam vi ano-
lyna. Exinde non tantùm naturaliter
orpus calefacit, craſſos & viſcoſos hu-
mores incidit, obſtructiones internas
perit, flatulentis & noxiis vaporibus
orpori incluſis viam, & exitum præ-
bet, & ſuperfluos ſeroſos humores per
urinam, & inſenſibilem tranſpiratio-
nem expellit: ſed etiã partes, & mem-
bra relaxata, & debilitata corroborat,
ac quàmplurimos internos ab humo-
ribus fluidis, acribus, & pungentibus
progenitos mitigat, illorum humorum
motum & curſum ſiſtendo, illosque ad

digeſtionẽ reducendo, ut natura poſtea illos convenienti modo per propria emũctoria expellere poſſit. Deinde quãtum ejus ſpecificas, aut à tota ſubſtantia, & ejus compoſitione procedentes qualitates attinet, eſt illud præcipuè cordiale, bezoarticum, & balſamicum tanquam verum naturæ elixir. Unde mirũ non eſt, ſi vitalem cordis functionem roboret, reſiſtat venenis, aliisque malignis materiebus, easq; exulare jubeat, ſi non tantùm à bonis quibuſque humoribus putredinẽ fortiter arceat, & abigat, ſed & eos, quos putredo jam invaſit, emendet ac emundet. Atq; hęc quidẽ ſunt, quæ in genere de ejus qualitatibus dicenda fuere.

SEQUITUR PARTICULATIM, IN quibus morbis, & ſymptomatis, hoc Antidoto pretioſo utiliter ac ſalubriter uti poſſimus.

1. PRincipio ergò illud Antidotũ pretioſum valdè confert iis, qui vel à

natura debilis conſtitutionis ſunt, vel per diuturnos morbos, purgationes, ſanguiniſque miſſiones crebriores, aut nimiam Venerem, plus nimis imbecilliores redditi. His enim ſi id debita doſi, vel una vice cottidie, vel ter aut quater in ſeptimana, tempore matutino, ſtomacho jejuno, per aliquot ſeptimanas adminiſtretur, bonaq; interim & accurata diæta imperetur, calorẽ nativum debilitatum reſtaurabit, viſceraq; adeò omnia, & partes labefactatas corroborabit, quantum natura per medicamenta reparare admittet.

Si prædicto modo uſurpetur (cor- II.
pore etiam à craſſioribus humoribus per intervalla expurgato, convenienti quodam pharmaco & phlebotomia, neceſſitate exigente non neglecta) eſt efficaciſſimum contra vertiginem, hemicraniam, cephalalgias inveteratas debilitatem memoriæ, viſus obſcuritatem, & auditus difficultatem, ſive ea proprio cerebri affectu obtingant à cauſa frigida & humida, ſive à vapori-

bus malignis oriantur, qui per conſenſum, vel à corruptione depravata ſtomachi concoctionem, vel corruptela ſanguinis, vel menſtrui in mulieribus retentione, & labe naſci, atque inde ad cerebrum effumare conſuevêre.

III. Confert multum hoc Antidotum adverſus phreneſin procedentem ab humore melancholico, aut materia maligna. Etenim ſua proprietate conſumit vapores orientes ex fermentatione jam dictorum humorum, qui infeſtando cerebrum efficiunt veſaniam, & perturbationem mentis.

IV. In apoplexia, datum in principio, & ter quatérve reiteratum per intervalla temporis, prout neceſſitas requirit, extraordinarios præ omnibus aliis remediis edit effectus, ut & in omnibus lethargi ſpeciebus.

V. Contra paralyſin eſt efficaciſſimum. Nam ſi non fuerit nimis inveterata, nec ægri nimia confecti ſenecta, & detur per aliquot dies cõtinuos, illorum ſpiritus reſtaurat, partes impotentes & reſo-

resolutas naturaliter excalefacit, obstructiones tollit, dissipãdo materiam, quæ transitum spiritibus, & apto nervorum nutrimento intercludit, & consequenter efficit, ut læsa membra motum recipiant.

Summo cum successu exhibetur contra omnes epilepsiæ species, tam ad digerendam in epilepticis fluidã illam pituitam (in istis enim hic humor peccat) naturalem calorem illorum confortando, & corroborando cerebrum; quàm ad separandos, & consumendos in centro acres, aut malignos vapores, qui ascendentes in cerebrũ, hunc causantur morbum in aliis: veluti inprimis admirabilis est auxilii in puerorum epilepsia, quę vitio stomachi à quadam vel flatulentia, vel cibi corruptione, vel vermibus exagitatis obtingit. VI.

Est etiam singulare refugium contra illas spasmi species, quarum una caput versus anteriora incurvat, appellata emprosthotonos, & altera contrà ad posteriora illud inflectit, opisthotonos nomi- VII.

nominata, & tertia, quæ æqualiter ante & retrò nervos, & tendines corporis extendit, tetanos dicta. Nam naturaliter nervos excalefacit, consumendo omnem flatulentã, & acrem materiam, quæ dictas convulsiones causatur.

VIII. Magnam iis affert opem, qui affectui, quem incubum appellamus, subjecti sunt. Hi enim noctu dormientes, pulmonibus illorum elevatis, & septo vel diaphragmate tenso (à copiosis vaporibus flatulentis, ex stomachi cruditate, vel crapula eructantibus) reddantur adeò compressi & angusti pectoris, difficilisq; anhelitus, ut revera sibi imaginentur, aliquid illos inscendisse, ac velle suffocare. Nam expurgato corpore, & venæ sectione, prout opus fuerit, administrata, si hoc utantur Antidoto per aliquot dies continuos, vesperi post parcam cœnam cubitum ituri, egregiè illorũ corroborat stomachum, corrigit omnes cruditates, expellit ac discutit omnem flatulentiã, adeò efficaciter, ut omninò ab hoc liberẽtur symptomate.

Egre-

Egregiè conducit melancholicis, & IX.
triſtitia affectis, ob melancholiam, quæ fermentata atros ſuos vapores, inſtar fuliginis ad cor effumat. Nam hoc Antidotum ſuis qualitatibus diſſipando, & repellendo hos vapores, ægrum à prædictis iſtis ſymptomatis liberat.

Non minoris efficaciæ eſt in hypo- X.
chondriacis, aut melancholia flatulenta: quæ variis modis affligere ſolet, idq; pro diverſitate partiũ, quas vapores iſti maligni impetuosè exagitãt. Si enim ad cor ſubvolitent, ſpiritus vitales, eo modo, quo ſerenam lucem nebulæ obfuſcant, & obruunt, idque timore, triſtitiâ & palpitatione mirum in modum exercent: ſi ad diaphragma & pulmones perreptant, anxietatem inibi, & aſthma cauſantur. Varias verò & ineptas cogitationes, abſurdasque imaginationes, & mala inſomnia proferunt, ſi ad cerebrum uſq; delati fuerint: ſic aliis aliter moleſti ſunt. Nam ſi hujus uſui adjungantur purgationes convenientes, ad emundandas partes affectas à materia pec-

peccante, aut venæ ſectio in plethora; vel ad ſanguinis nimis calidi, & fuliginoſi eventilationẽ, in his, inquam, affectibus, ſi bis térve hebdomadatim hoc Antidotum detur, aperit omnes obſtructiones, conſumit vapores vagabundos & noxios, corroborat viſcera, & morbidam illorũ ita corrigit diſpoſitionem, ut exinde ægri ſummoperè releventur in prædictis ſymptomatis, & niſi morbus fuerit hæreditarius, aut nimis inveteratus, aut nimis altas egerit radices, per hujus continuationem omninò curentur.

XI. Aſſumptum per aliquot dies continuos, aut per intervalla, ſatis longo temporis ſpacio, utiliſſimum eſt contra tremorem membrorũ, exortum tum ex imbecillitate, & relaxatione nervorum, ob ſenilem ætatem, aut humores frigidos; tum ex crapula nimia, & exceſſu, potando vel eſitando commiſſo, modò ejuſmodi homines ſimul bonam diætam & regimẽ vitæ inſtituant.

XII. Catarrhoſos (qui pituita cruda & fluida

fluida, ac ſeroſis abundāt humoribus) valdè juvat, illorum cerebrum calefaciendo & confortando, pituitam digerendo, & dictos ſeroſos humores conſumendo per ſudorem, urinam, & inſenſibilem tranſpirationem.

In catarrho ſuffocativo magno eſt XIII.
adjumento. Nam ſtatim aſſumptum quamprimùm catarrhus decidit, pulmonibus ſuccurrit, evacuando humores, qui ejus meatus, arteriasque infarctas replent, & ſpiritibus vitalibus reſpirationem præbet.

Aſthmaticis, & quibus reſpiratio- XIV.
nis uſus tantùm non intercipitur, ſive ab obſtructione pulmonum, ſive alterius partis vitio ita laborent, inſigniter conducit. Nam ſi interdū detur, meatus infarctos reſerat, materiam impactam adtenuat, naturamque juvat, ut per vias convenientes ſe ab hac exoneret.

Conſimiliter in tabe, & corporis XV.
cōſumptione, à ſimplici obſtructione, tam meſenterii, quàm aliorum organorum

norum principalium, & meatuum ortæ, multum proderit. Nam ab hujus usu cedet obstructio, alimentisq; per venas transitus, qui perclusus erat, concedetur, ac nutritio redibit inculpata. Requiritur tamen, ut scirrho, & contumaciore obstructione vacet mesenterium, neque abdomen incurvatum sit, quemadmodum in quibusdam observavimus. In hoc enim casu ad tollendam morbi causam quicquam attentare, nihil foret aliud quàm laterem lavare. Eodem pacto in contracturis, quas materies flatulenta, obstructione juncturarum induxit, non est nullius valoris, sic, ut ne alia tamen medicamenta Topica, alitérve necessaria interim negligantur.

XVI. In principio pleuritidis exhibitum, non habet sui simile, tam ad dissolvendam ac discutiendam materiam adhuc subtilem existentem impediendo, ne in abscessum abeat, quàm ad sedandum dolorem, & tollendum læsæ partis ardorem.

Sin-

Singulari præſidio eſt in palpitatio- XVII.
ne cordis, lipothymiis, ſyncope, aliisq́;
ſymptomatis, in quibus repentina cor-
dis & cerebri conſternatio, ſpirituum-
que interceptio exiſtit, propter ſubitã
in præcordiis humorũ redundantiam,
cruditatem ſtomachi, acrem quandam
materiam orificium ſtomachi pungen-
tem. Nam ſtatim ad cor penetrans ſuis
proprietatibus cardiacis & bezoardi-
cis, naturam fortificat, & quandam ex-
pulſionem aut diſſipationem præno-
minatæ cauſatur materiæ, qua exter-
minata patiens brevi à præfatis libera-
tur ſymptomatis.

Prodeſt etiam ſtomachi ægritudini- XVIII.
bus prognatis ex cauſa frigida, aut hu-
moribus viſcoſis, qui illum nimis lu-
bricum & imbecillem efficiunt, appe-
titum deperditum reſtituit, & digeſtio-
nem procurat bonam. Ita etiam appe-
titum inordinatum ex acri & mordaci
materia provenientem, ſedat.

Nauſeam, & non naturales vomi- XIX.
tiones cohibet, ſtomachum corrobo-

rat, illorumq́; cauſam, vapores, qui in febribus ardentibus & malignis, aliiſve morbis à materie in ventriculo coercita, procreantur, conſumit.

XX. Singulare etiam & eximium eſt remedium in ſubverſione & perturbatione ſtomachi ac ventris, quando nimirum homini ſpontaneæ vehementes per ſuperiora & inferiora evacuationes accidunt, quem affectum choleram aut fellicam paſſionem appellitant, ad ſiſtendas ejuſmodi immodicas evacuationes, aut poſtquam ſpontè aut poſt purgantis medicamenti uſum ceſſarunt, (ut ſæpè ratio poſtulat, ad ſufficientem materiæ peccantis expulſionem) datur ad confortandum ſtomachum, corroboranda viſcera, illaq́; à cruditate, & vitioſorum humorum colluvie præmunienda.

XXI. In fluxibus ventris periculoſioribus, lienteria & diarrhœa, quæ à qualitate maligna, vel hypercatharſi, quem adoritur, ſtomachũ confortat, corruptumq́ue ſerum, quod ex venis & aliis corporis

oris ductibus ad centrũ confluit, per
udores, urinã, & inſenſibilem tranſpi-
ationem è corpore eliminat, materiæ
eccantis corruptionem & malignita-
em comprimit, nec non viſceribus ro-
ur afflat : quo ipſo fluxus ſecurius
uàm medicamentis prorſus ſtypticis
ompeſcitur. Per hæc enim humores
orrupti in corpore retinentur, quos
vacuare oportebat, ac proin ipſa cor-
uptela fovetur, ex quo lethalia non
arenter accidentia emergunt.

In dyſenteria epidemica, quæ cum XXII.
ebre ab humorum corruptela & ma-
gnitate progignitur, præſtantiſſimum
ſt remedium, ſi benigno aliquo vomi-
orio, vel catharctico prius expurgatũ
uerit corpus. Etenim ſi detur ſemel
ut bis per diem, recolligit vires diſper-
as, opprimit malignitatẽ materiæ pec-
antis, ſedat febrem, omnemq; præter-
aturalem calorem, ac fortificat venas,
x vaſa ſanguinaria, ut ita his mediis
rædictus ſiſtatur fluxus. Quod ſicubi
luxus diutius perſtiterit, vireſq; ægri

purgationem haud ferant, omittatu[r]
purgatio, atq; statim ad hoc recurratu[r]
Antidotum.

XXIII. Colicam passionem, ventrisq; cru[-]
deliora tormina, quæ vel tenax, & vi[-]
treæ praxagoræ pituita, vel flatus ni[-]
mium lancinantes, vel aliæ demum
causæ pepererunt, prę̨stantissimè seda[t].

XXIV. Maximi valoris est contra omnia pe[-]
riculosa symptomata, provenientia [à]
lumbricis, quippe cum illos expellat,
ac putredinem in corpore progenitam
absumat.

XXV. Profligat ac tollit etiam plurimo[s]
hepatis affectus à causa frigida, obstru[-]
ctione, aut ejus imbecillitate proce[-]
dentes: efficacissimum quoque est in
ictero flavo post purgantium aptorum
usum.

XXVI. In hydropicis, si purgationibus u[si]
prius fuerint, multos per urinam sero[-]
sos humores expellit, flatus discutit,
hepar, ac alias partes debiles roborat,
& si planè de iis actum nondum sit, prę̨[-]
stantiores quoq; effectus producit.

Ne

Nec minorem adfert utilitatem con- XXVII.
ra quàm plurima lienis accidentia, ex
bſtructione & frigiditate ortum du-
entia. Et inprimis ſuccurrit iis, qui
lenem habent extenſum, ſeroſisq́ue
umoribus refertum, inſtar ſpongiæ a-
ua plenæ, quod illis progenerat ſini-
ri lateris extenſionem, dolores, tor-
orem, vel corporis gravedinem, hali-
us, dyſpnœam, & alia ſymptomata.
am ſi patiens hujus medicamenti u-
um per aliquot cõtinuaverit dies, bo-
a obſervata diæta, & moderatis adhi-
itis exercitiis, expellit dictos humo-
es per urinam, confortat lienem, & o-
nnes alias partes per conſenſum hujus
ebilitatas.

Scorbuticos, qui multis & diuturnis XXVIII.
iſcerum obſtructionibus ſunt obno-
ii, ſanguinem habent melancholicum
t corruptum, ſuntq; valdè debiles, &
lus quàm dimidio contracti, pluri-
num alleviat, ſi ſeptimanatim bis, tér-
e id uſurpent.

Præmiſſis & adhibitis per aliquot XXIX.

continuos dies appropriatis crassiorũ humorum expurgationibus, medetur cachexiæ, pallidis virginum coloribus & febribus, provenientibus ex retentione menstruorum, aut spermatis corruptione: non solùm aperiendo omnes meatuum obstructiones, naturam impedientes, quò minus superflua expellere possit, resistẽdo omni internæ corruptioni, & mundificando sanguinis massam per sudorem & urinam, sed etiam universam confortando naturam, & corroborando partes debilitatas, ut inde pristinæ restituantur sanitati, dummodò viscera adhuc sint integra, ut quodlibet suo possit fungi officio.

XXX. Contra urinæ retentionẽ, vel ischuriam, ortam ex obstructione renum aut ureterum, ob arenam, materiam limosam, sanguinem, phlegma viscosum aut flatulentiam, item adversus stillicidium urinæ, vel stranguriam propter calculum vesicæ, collectionem materię mucosę in ejus cervice, aut nimiam

refrigerationem, exhibetur hoc Antidotum ſemel, bísve per diem feliciſſimo cum ſucceſſu. Non minus juvat in ulceribus veſicæ per aliquod tempus continuatum.

Curat ſubjectos gonorrhœæ, ex imbecillitate retentricis facultatis in vaſis ſpermaticis, aut ex quibuſdam tenuibus acribus, & ſtimulantibus humoribus, exuberantibus in prædictis vaſis. Eodem modo ſingulare etiam eſt medicamentum contra gonorrhœam virulentam, ex lue venerea procedentem, corpore prius pharmacis huic morbo ſpecificis perpurgato, tam ad expellendam omnem corruptionẽ in vaſis ſeminariis contentam, quàm ad illa aliasque corporis partes corroborandas. XXXI.

In ſymptomatibus quibuſq;, quæ ex corruptione ſpermatis in vaſis ſeminariis proveniunt: in obſtructionibus item, quibus venus impeditur, meatus mundificat, neque corruptum tantùm ſperma per emunctoria adpropriata XXXII.

expellit: ſed totum quoq; corpus mundificat, & à corruptione, quæ totum id inficere poſſet, vindicat, omnesq; in eo partes renovat. Secundò obſtructiones adimit, ſemẽ adtemperat, & quod craſſum ante, & frigidum erat, fluxile reddit, actumq; ita Venereum promovet, unde quãti in procreatione liberorum uſus ſit, cùm conjugum alteruter, vel uterq; à dictis cauſis impeditur, quivis diſpicere poteſt. Neque enim amovet tantùm hæc obſtacula, verùm vires inſuper potentiſſimas cordi confert, ſpiritus auget, animumque ipſum refocillat.

XXXIII. Bono cum ſucceſſu hoc Antidotum exhibetur in fluore, vel fluxu albo muliebri, procedente ex abundantia humorum vitioſorum ſeroſorum, & cachexia totius corporis, qui ad matricem concurrentes expellunt per ejus cervicem. Nam datum (corpore prius à craſſiori materia purgato) inſtar hidrotici ſeptimanatim ſemel aut bis, nimirum in ſatis magna doſi, ut exin in

lecto

lecto ſudent, quantum vires ferre poſſint, & reliquis diebus pro confortativo, hoc eſt, in parva doſi, qua ſudorem nullum excitet, mane è lecto ſurgendo. Hoc ita continuatim cum bono vitæ regimine, & diæta, incredibiles producit effectus, modò ne morbus temporis longinquitate, ratione ſubjecti, aliarumque circumſtantiarum omninò ſit redditus incurabilis, ut interdum evenit.

Contra ſuppreſſionem menſium muliebrium, procedentem ex ſuperabundantia, vel cruditate humorum, opilatione hepatis, craſſitie ſanguinis, aut obſtructione vaſorum, ſanguinem ad uterum devehentium, hoc medicamẽtum dietim per aliquot tempus uſurpatum, corpore prius, pro neceſſitate, purgato, omnibus aliis hoc in caſu palmam facilè præripit. XXXIV.

In vino albo, vel cereviſia diſſolutum & exhibitum in ſuffocatione uteri, magnum eſt præſidium, conſumendo iſtos vapores, qui facultatem ani- XXXV.

malem in ſua ſede invadendo, cauſantur ejuſmodi ſymptomata.

XXXVI. In fœminis parturiētibus, quæ (propter virium naturaliū imbecillitatem) fœtum expellere nequeunt, hoc Antidotum, illas confortando, & vires excitando, excellentes producit effectus, ut facilè pariant, & eluctentur, & quidem ſine vitæ præjudicio alterutrius. Ejicit etiam ſecundinam ob prædictam cauſam retentam.

XXXVII. Arthriticis etiam multum ab eo auxilii expectandū eſt: illis videlicet, quos ex capite, venis, aliiſque conductibus, in articulos decumbentes catarrhi, doloribus vehementiſſimis, chiragra, iſchiade, gonagra, & podagra divexant. Illis enim poſt uſum purgantiū, pulveris nempe arthritici ſpecifici noſtri, vel aliorum, tribus vel quatuor matutinis, ter aut quater in forma ſudoriferi datum, humores ſeroſos, & ſubtiles in partibus extremis conſumit, tumores reſolvit; dolores conſequenter mitigat, cerebro, juncturiſq; robur conci-

liat, ac has quidē adverſus humorum influxum obſirmat. Quod ſi quis bis, vel ter in ſeptimana uſurpet, & interim quavis ſeneſcente Luna (excepto tempore æſtatis ferventiore, frigoreq́; hyemali intenſiore) ſemel purgationem inſtituat, neque optimum interea vitæ regimen negligat, experietur profectò totum ſibi corpus confortari, ſanguinem depurari, vitium aut in diſpoſitione viſcerum, ſive partium mandentium ſuperfluitatis iſtius generatrice ita emendari, uti longinquitate temporis malum evidenter imminuatur: Uti verò perfectam curam cuiquam audacter non pollicemur: ita intelligi hic tantùm volumus eos, qui bono vigore non deſtituantur, quorumq́ue humores peccantes ſint adhuc fluxiles, ſeroſi, calidi aut frigidi: Non illos, quibus mali diuturnitate viſcera corrupta ſunt, corporisq́; œconomia penitus collapſa. Quorum partes externæ debilitatæ, ſuum amplius officium ægerrimè faciunt. Qui nodoſi ſunt, &

flu-

fluxionibus humorum viſcidorum, & glutinoſorum tenduntur. Etſi enim his pro confortativo inſervire, & quandam mitigationem adferre poteſt, effectus tamē ſuprà commemoratos nunquam præſtabit, quod cùm malum per ſe incurabile redditum ſit, tum materia inexpugnabilis facta, cuivis per urinā, ſudores, & inſenſibilem tranſpirationem evacuationi contumacius reluctetur.

XXXVIII. In febribus intermittentibus, & præcipuè in tertianis, & quartanis diuturnis, & inveteratis, maximè cùm habitus corporis per illas generaliter eſt immutatus, ſanguis valdè corruptus, & viſcera debilitata, quæ ſunt ceu cauſæ ſecundæ, vel ſubjecta, quæ febres fovent, in tali, inquam, caſu, poſtquam corpus à craſſamētis fœculentioribus eſt liberatum, exhibemus hoc Antidotum felici cum ſucceſſu, quinq; aut ſex continuis vicibus, tempore matutino, excepta hora, aut tempore paroxyſmi febrilis, ut æger inde pro viribus ſudet.

Nam

Nam hoc modo ſanguis non ſolùm flava, & atra bile, aut melancholico humore, quo infectus & cõturbatus erat, emundatur: ſed tolluntur etiã omnes internæ obſtructiones, partes debilitatæ corroborantur, & ſi qua reſtat materia peccans, impeditur, quò minus poſſit augeri, corrumpi & fermentari, ut hoc medio ægroti ſæpiſſimè à febre liberentur.

Conſimiliter eſt efficaciæ & auxilii XXXIX.
in febribus putridis, continuis, & diuturnis, ob enarratos effectus.

In febribus ardentibus, malignis, & XL.
peſtilentialibus, in lue Ungarica, ecthymatis item, & exanthematis, aliisq́ue malignis, & venenatis acutis affectibus, ſi ægri hoc Antidotum imbibant, ſeq́; in lecto calidè contineant, cor ſtatim reficit, naturamq́; adverſus materiam peccantem ita munit, ut hinc tandem triumphet, & per debita ex corpore emunctoria ſine vel partium damno, vel bonorum humorũ jactura exigat. Unde inſperata ſæpè ſanitas cum aſtãtium admiratione conſequitur. Ob

XLI. Ob prædictas proprietates est etiam singulare Antidotum contra ipsam pestem & venena, tam pręservativè, quàm curativè usurpatum.

XLII. Qui tinea, scabie, prurigine, aliisque cutis vitiis, quæ ab adusta sanguinis, vel maligna qualitate sunt, lepræq; propemodum se assimilant, laborant, ii præmissis purgationibus, & veni sectione, Antidotũ hoc quotidie semel usurpẽt, tumque in lecto sudent, continuando hoc per duas aut tres septimanas, bonamq; interea diætam observando, aërem præsertim humidum evitando, sanguis nimis conspurcatus, cutisque defœdata reflorescent, omnia in corpore membra, quæ mali pervicacia, quasi consopita videbãtur, reviviscent. Quin integra sanitas restituetur, nisi fortè morbus vel hæreditarius sit, vel radices egerit altiores. Tum verò repetita annuatim curatione hac periculũ faciendum, num natura morbum tandem debellare possit.

XLIII. Est etiam, appropriatis præmissis pur-

purgationibus, efficaciſſimum remedium diaphoreticum contra ſcabiem, pruriginem, & puſtulas morbi Gallici, & ſæpiſſimè magnum adfert auxilium in ſedandis illorum juncturarum doloribus, præcipuè quando materia peccans adhuc tenuis, ſubtilis & vagabunda eſt, necdum alicubi inter os & perioſtium in grumos, tophósve coagulata ac concreta eſt, quo in caſu alia curandi media, & remedia apprehendenda ſunt.

Contra cancrum, fiſtulas, & plagas malignas, ſummi eſt auxilii, ad reſiſtendum malignitati illorum internæ materiæ peccantis, purificandum ſanguinem, clarificando ſpiritus, & mitigandas inflammationes, & alia ſymptomata, quę ſæpiſſimè dictis accidunt malis: curabiliũ medelam reddit faciliorem, incurabilia, ut ne pejora evadant, prohibet. XLIV.

Non minus feliciter aſſumitur ab iis, qui in externa quadam corporis parte gangræna affecti ſunt, loco Antidoti, ad XLV.

pro-

prohibendum, ne ejus maligna qualitas ſpiritus inficiat, febrem aut alia periculoſa in corporis centro ſymptomata excitando, donec tandem aptis externis remediis gangræna ſeparata exſcindatur, modò ejus ſit conſtitutionis, ut id fieri poſſit.


XLVI. Dein contra vulnera, gladio aut telis veneno infectis inflicta, ſummum præ omnibus aliis eſt remedium, ut adverſus ictus & morſus animalium venenoſorum, ſi de eo doſes aliquot intra corpus aſſumantur, & parum de eo in convenienti liquore diſſolutum, vulneri applicetur.

XLVII. Item diſcutit omnes contuſiones internas, diſſolvendo ſanguinem coagulatum, à putredine, & aliis periculoſis ſymptomatis præſervat.

XLVIII. Similiter excellens eſt vulnerarium in recentibus plagis, aut vulneribus, quæ ad interiora corporis penetrant, ita, ut confortet naturam ob nimiam ſanguinis effuſionem debilitatam, defendatq; partes internas à corruptela,

aliis accidentibus, ſuppurationem ſuppurandorum maturet, & vulnerũ conſolidationem promoveat.

XLIX. Ultimò, ut paucis rem expediamus, non in his tantùm, quos diximus, morbis Antidotũ hoc valet, ſed & in omnibus aliis, qui nobiliſſima, ac earundem cum noſtro qualitatũ bezoardica deſiderant. Præſertim verò tum præferendum venit, quando omnibus aliis medicamentis abſtinere, & ad ſola confortantia, & cordialia, tanquam aſylon quoddam, confugere medicus cogitur.



DOSIS ET USUS.

DOSIS hujus Antidoti pretioſi eſt à duobus vel tribus granis incipiendo à parvulis, & per gradus aſcendendo, ſex, octo, decem, quindecim vel viginti grana ad ſummum in viris & fœminis adultioribus.

Exhibetur hoc Antidotum cum vehiculis appropriatis, ſive liquores ſint, ſive conſervæ.

Usurpatur pro confortativo, aut in morbis chronicis ac diuturnis, ad aperiendas sensim obstructiones internas, ad corrigendum & resistendum malignitati alicujus peccantis humoris, ut ad expulsionem deducatur: sicut etiam usui est, ut præservativum adversus pestem, & venena, debet assumi manè jejuno stomacho, oriente Sole, aut paulò serius: excepto, si materiã peccantem dictorum morborum symptomata aliqua consequuntur, utpote defluxiones catarrhosæ à capite ad præcordia, tussis, diversi dolores alii, &c. tunc administrari debet vesperi, idq́ue hora antequam supradicta accidentia superveniant, animadvertendo, ut id fiat ad minimum duabus à refectione interpositis horis. Et in his jam dictis casibus atque usibus rectiùs in aliqua Conserva, in forma Electuarii exhibetur, aut in forma parvi boli ad deglutiendũ, quàm in forma liquoris.

In morbis acutis porrò, utpote febribus ardentibus, malignis, Ungaricis, pesti-

pestilentibus, pleuritide, dysenteria, epidemia, morbillis, variolis, quemadmodum etiam in curandis peste & toxico infectis, datur in principio morbi, quàm maturrimè ac fieri potest, sine exceptione ulla temporis, quotiescunq; necessitas postulat, & poterit reiterari bis térve in die, prout requirit necessitas. Nec solùm administratur in jam dictis morbis acutis, sed etiam ad occurrendum quibusvis accidentibus subitaneis, utpote subitanea suppressione urinæ, passione colica graviore, doloribus & puncturis laterum, deliquio animi subitaneo, & lipothomia, convulsionibus subitaneis, suffocatione & præcipitatione matricis ex aliis causis motis: consimiliter in difficultate partus, & retentione secundinæ, detur sine respectu tẽporis, quoties occasio fert. Et in talibus casibus acutis & subitaneis, propinetur in liquore, in qua forma citiùs penetrat, & operatur.

Advertendum etiam, cùm usurpatur pro confortativo, cõservativo, aut,

ut dictum eſt in morbis chronicis, in minori quãtitate exhiberi debet, quam ſi adminiſtretur pro curativo in morbis acutis, aut ad expellendam materiam peccantem per ſudorem : quia in tali caſu major doſis exhibetur, & patiens ſit valdè benè tectus in lecto, ut faciliorem operationem medicamento conciliet.

Ecce ſatis ſuperq; explicuimus virtutes & uſum hujus Antidoti, quantum per compendioli leges fieri licuit. Verùm enimverò ſciatis quæſo, hanc prærogativã, quam huic Antidoto attribuimus, non eſſe fundatam ſuper intentione quadam empirica irrationali, & confuſa, ac ſi mundo perſuadere conemur, hoc ſolum abſolutè prædictis omnibus iſtis morbis & ſymptomatis mederi poſſe, in omnibus perſonis, & omni tempore, ſine obſervatione, primò, ſi morbus in totũ ſit curabilis, aut ſaltem palliabilis : deinde ſine reſpectu diverſarum conſtitutionum corporis, ætatis, ſexus, quatuor anni temporum:

ſine

ſine reſpectu qualitatũ manifeſtarum medicamenti, ſineq; obſervatione diętæ, boniq; vivendi regiminis, auxilióve aliorum remediorum tam internorum, quàm externorum, & ſummatim, abſq; ratione ulla, & methodo: ſed hoc noſtrum fuit propoſitum, demonſtrare ſaltem excellentiam, & magnitudinem ſuarum qualitatum & virtutum, reſpectu aliorum ſui ordinis medicamentorum. Nam res abſurdiſſima eſt, credere unicum aliquod medicamentum, qualecunq; illud ſit, adeò admirabilis eſſe efficaciæ, ut poſſit ſuis effectis omnem medicinæ ordinem & fundamenta (quæ ſummo ſtudio & longinqua experientia à multis ſeculis à majoribus noſtris fuerunt exactiſſimè obſervata, & ſcriptis tradita) penitus evertere, uti multi ex hodiernis Alchymiſtis, contra propriæ experientiæ, atque etiam conſcientiæ, teſtimonium vaniſſimè oſtentant, jactantq. Id, quod ſufficiet ad ſapientes edocendum, qui quid medicina ſit, nôrunt, quæ ſit intentio

mea circa prærogativam jam antè dicti Antidoti. Pro cujus inventione Deo gratias quàm maximas agimus, illique debitum honorem tribuimus, à quo omnis bona inspiratio provenit, quem & precamur, ut ejus operationibus benedicat in plurimorum ægrotorum salutem. Quem in finem hoc nostrum inventum insinuamus omnibus.

FINIS.






TESTIMONIUM *Præillustris ac Generosissimi Dn. Comitis Oldenburgici,* Dn. ANGELO SALÆ, VICENTINO VENETO, Chymiatro celeberrimo, sub sigillo in patenti clementer perhibitum: *Cum præfatiuncula & carminibus Amicorum.*

PRÆFATIUNCULA AD LECTOREM.

BENEVOLE *Lector, cùm abhinc paucis diebus, à discessu meo, à servitio Præillustris ac Generosissimi Domini Comitis Oldenburgici, omnium virtute præditorum amantissimi, meiq; Patroni verè gratiosissimi, humanissimiq; (cujus Generositatis fui archiater, sicut ex usurpato antehac in Aphorismis meis Chymicis titulo multi cognoscere potuerunt) me conferrem in civitatem Hamburgensem, nolui prætermittere, quin à me edocere-*

re idipſum hoc loco, non tantùm ut ſignificarem, quare in tractatulo Antidoti mei pretioſi non amplius utar jam dicto titulo, ſed etiam ut iis intimarem, qui ad me ſcribere cupiunt, quò literas dirigere debeant. Et quia aliqui in facultate noſtra occurſare poſſent, maledici, qui intelligentes mutationem à me ſuſceptam, ſiniſtrè eam interpretari vellent, operæ pretiū me facturum judicavi, ſi curarem imprimi typis exemplum Teſtimonii mihi in diſceſſu meo à Præilluſtri & Generoſiſſimo Domino, Patrono meo jam dicto perhibiti, ut quicunq; illud legerint, poſſint cognoſcere, ex libero & ſpontaneo motu meo id proceſſiſſe, nec ſine faventiſſima, clementiſſimaq; gratia ejus factum eſſe, non verò aliter, quàm ut idem mihi maneat in poſterum Patronus gratioſiſſimus, ſicut & ego ſervitor devotiſſimus. Hæc te neſcire, Lector candide, hoc loco nolui. Vale.



TESTI-



TESTIMONIUM PRÆILLUSTRIS ET GENEROSISSIMI DN. COMITIS OLDENBURGICI, &c. ipsum.



IRTUTI, ut quæ ipsa per se amabilis sit, & ab omnibus, cujuscunq; sint status & conditionis, & ubivis gentium laudem, honorem & observantiam deberi, omnium sapientum calculo jam diu comprobatum esse animadvertimus. Quoniam igitur clarissimus, & omnijuga virtutum laude cumulatissimus vir, ANGELUS SALA, Vicentinus Venetus, Archiater noster meritissimus, rebus & rationibus suis ita ferentibus, dimissione à nobis submissè petitâ, & bonâ nostrâ gratiâ, & pace impetratâ, solum vertere, aliôque proficisci constituerit: NOS ANTONIUS-GUNTHERUS, Comes in Oldenburg & Delmenhorst, Dynasta in Ievern & Knyphausen, &c. pro nostrâ erga Dominum SALAM egregiâ benevolentia quoque arbitrati sumus, ejus

præclaris virtutibus, omnibusq́; adeò ſolertiſſimè præſtitis operis, ſtudiis ac officiis publicum teſtimonium deberi. Quare clementer hoc elogio teſtamur, virum hunc toto, quo ipſius indefeſsâ & ſtrenua opera, Medica & Chymica uſi ſumus, tempore, talem ſe præſtitiſſe, ut in eo omninò nihil, quod quidem ulla ratione ad experientiſſimi, ſolertiſſimi & fideliſſimi Medici officium pertinere videatur, deſiderari potuerit, ut qui non ſolùm nobis, Generoſiſſimisq́; noſtris Sororibus, quinimò toti noſtræ Aulæ in medicina faciendâ, & communicandis conſiliis ad nutum, & quidem uti dexterrimè, ita ſatis proſperè paratus fuerit; ſed etiam ſe cùm omnibus, tum maximè ſuo Collegæ GABRIELI MATTENCLODIO, Medico noſtrò, amiciſſimum & concordiſſimum: imò quæ ut rara, ita & auro & gemmis pretioſior in tantis viris virtus eſt, egenis & inopibus, & conſilio, & re, & medicamentis juvandis ita facilem, affabilem & munificum præbuerit, ut laudem bonorum, ex Iſocratis ſententiâ, magnis opibus præferendam cenſuerit, & ab illis, quinimò ab omnibus ſuæ facultatis functionibus laudatior quàm locupletior redire & diſcedere maluerit: ut taceamus jam haud vulgarem artis Spagyricæ & Chymicæ ſcientiam, cognitionem & uſum, cujus laude

animadvertimus eum non nostris in terris solùm, verùm etiam aliis disjunctissimis locis & provinciis sic inclaruisse, ut nobis dignus semper visus fuerit, cujus solertissimâ & exquisitissima operâ, maturrimoq; consilio quàm diutissimè, si ita res occasioq; tulisset, usi fuissemus. Quæ manus nostræ sigilliq; authoritate, tanquam stabili veritatis præsidio, communire non dubitavimus. Datum Oldenburgi, ad d. 5. mensis Aprilis, Anno Christi MDCXX.

ANTONIUS GUNTHERUS.

Chy-





Chymiatriæ gloriâ celeberrimo viro,

Dn. ANGELO SALÆ,

VENETO-VICENTINO,

Amico veteri,

RAPHAEL EGLINUS

ICONIUS,

Doctor & Professor Theologus Marpurgi προσφωνεῖ.



NUPER ut illustris meruisti, *Sala*, favorem,
(Impensis studiis, officiisq; tuis)
Oldenburgiaci Comitis, te mactus ad urbem
Confers *Hamburgum*, nobile & emporium,
Hîc ubi te Princeps ter maximus optimus Hessus
MAURITIUS, quo nîl rarius orbis habet,
Torque, tuo ingenio captus, Chymicaq; Minerva,
Condecorat duplici; ferre jubetq; sui
Expressum simulachrum, testaturq; favorem,
Quo te prosequitur, quo monumenta tua,
In quibus elucent radiantia lumina plura,
Quam vehit Eoi nobilis unda maris;
O te felicem! quo se *Vincentia* jactat,
Quo circumfusis cive triumphat aquis
Regina Italiæ! tibi totus supplicat orbis,
Agnoscens Medica principem in Arte sacra.

cIↄ Iↄcxx.

(*)

AD



AD
Clarissimum & Experientissimum virum,
Dn. ANGELUM SALAM,
VICENTINUM VENETUM,
Perillustris ac Generosissimi Comitis Oldenburgensis Archiatrum,
fautorem, propter paterna in se merita æternùm sibi observandum.



LCHEMIÆ, atq; HYGIÆ *fortunatissima proles*
SALA, *ex quo tecum mihi vivere contigit, in te*
Sensi animum semper, merita, officiumq; parentis,
Multaq; quæ gnatis tantum debentur: apertum
Pectus, & ingenuos mores, animumq; fidelem,
Ingenium felix, & ad omnia maxima natum;
Et mentem, quæ sit vafris impervia technis,
Principibus quam sæpè viris cum laude probasti,
Sum satis expertus: rerum longissimus usus,
Et labor à multis impigrè exercitus annis,
Cognitaq; in gravibus varia experientia morbis,
Cui faculam alluxit Coo sene tradita quondam
Regula, monstrarant tibi multa & maxima, quæ quis
Euclio, vel spissis potius sepeliret in umbris,
Vel tumulo servaret, & haud sibi cognita mallet,

Quàm

Quàm vel communes referenda putaret in usus
Sive docenda alios: sic fabula nota Poëtis,
Hesperidum incubuit pomis Draco pervigil: at tu
Non tibi te quæsisse putas reperisseq; soli,
Quæ nosti: ingenii sat multis fœtibus orbem
Es tibi demeritus: per te nunc scire licebit
Quid sit Vitriolum, quid sit Magnesia, & Auri
Vires excutere, & fumos, quos vendit Agyrta,
Disjicere, & fraudes varias, quibus implicat orbem
Aurificum insidiosa manus, ostendere mundo,
Sic tibi se nudam, & picta sine veste videndam
ALCHEMIA *exhibuit, sic hujus mystica tractas*
Atq; doces, ut uter vestrum plus debeat altri,
Si lis sit nullo dirimi lis judice possit.
O quoties per te mortem sperantibus ægris
Affulsit bona lux, & inexpectata salutis!
O quoties tetras ROSA VITÆ *è corpore fœces*
Propulit! oppressum quoties diaphragma levavit
Sordida ab illuvie! quoties per Bezoar aurêum
Collapso vires cordi rediere! dolores
Laudanum *haut rarò sopivit, & hujus ab usu*
Febrilis calor, & vehemens deferbuit æstus.
Cætera non memoro, variis quæ accommoda morbis,
Nec non subtili medicamina conficis arte:
Sunt Belgæ, & Dani, cum Gallis Teutones, Angli,
Atq; alii, quos tu hæc Chymiæ mysteria, & artem
Sincero docuisti animo, quos inter & ipse
Quicquid sum in Chymia, tibi me debere fatebor,
Nec nihil acceptum referam tibi in arte medendi.
Ergo suis quur te malesana calumnia telis
Impetit immeritum? nisi fortè quia ardua semper
Impetit, atq; illos, qui tota mente laborant
Communi prodesse bono? tu pectore forti
Invidiæ hos morsus, & inania murmura ride,
Fultus mente bonâ: pereunt hæc fulmina, sicut

Cerni-

Cernimus indomitos, quando impetuosius altas
Exagitant rupes frangi proprio impete fluctus.
Tute vale interea, & meritus pro ingentibus, istud
Exiguum, æternumq́ue tui tibi munus habeto
BILLICHII, *quod, quàm discederet ante reliquit,*
Quo me cunque loco statuet Fortuna, Deusq́ue,
Semper ero tuus, & vitam mihi dempserit ipsam
Illa dies, quæ te nostro de pectore demet.

Memoriæ hanc, gratæq́; mentis tesseram,
quum propediem inde abiturus esset,
reliquit Oldenburgi

ANTHONIUS GUNTHER, *Billich-Frisius, Philos. & Medicinæ Candidatus, anno* CIↃ IↃ CXIX.

FINIS.



